

- 4 Mandatum ex causa necessaria num obitu mandantis expiret, & n. 5.
- 6 Gratia consistit, licet concedens ante rescripti expeditionem decedat.
- 7 Que gerit procurator inficiis revocationis mandati, sustinentur: quod limitatur num. 9.
- 8 Differentia inter procuratorem, & simplicem mandatarium.
- 10 Officialis, cui iudex executionem mandati commisit, etsi iste moriatur, poterit ad illam procedere.
- 12 Jurisdictione delegato concessa dignitatis nomine, quamvis delegans obeat, re integra, illa non perit, nisi dignitas ipsa supprimatur.
- 13 Successor iudicis requisiti tenetur exequi litteras ad antecessorem directas.
- 14 Reus sortitur forum in loco delicti, ut ibi puniri possit.
- 15 Aliquando ex uno crimine delinquens diversis in locis forum sortitur.
- 16 Ex quasi delicto sortitur quis forum, sed non fit remissio rei, num. 20.
- 17 Reus expedit ut puniatur ubi deliquit, ideo illuc remitti debet, & n. 19.
- 18 Quoad forum animæ nullus subicitur Parocho loci ubi peccat.
- 21 Si quis bis deliquerit in diversis territorijs, & capiat in uno, iudex non tenetur requisitus reum remittere antequam ipsum penis afficiat pro crimine intra suam jurisdictionem patrato.
- 22 Ob nimiam distantiam delinquentis cessat remissio.
- 23 Reus an subiciatur iudici loci delicti, amisso sui fori privilegio, & num. 24.
- 25 Regularem habentem curam animarum coercet Episcopus, si ille in officio deliquerit, & quid si extra claustra.
- 26 Caput Cùm capella, de privileg. intelligitur.
- 27 De intellectu legis Cùm tabernam, de pignor. & num. 28.
- 29 Nullus iudex tenetur reum ad locum delicti remittere, nisi per litteras requisitorias exoratus.
- 30 Iudex requisitus, etsi aliàs in reum nullam obrineat jurisdictionem, eum capere ad remissionem potest.
- 31 Delinquens quibus in locis possit accusari, & plecti.
- 32 Iudex domicilii, vel originis, qui in causa prevenit, procedens contra delinquentem, utrum ante sententiam, vel post cogatur requisitus reum ad locum delicti remittere, & num. 36. & 37.
- 33 Iudex domicilii an valeat ex officio procedere in eum, qui in alio territorio delictum patrat, & num. 34.
- 35 Quid de iudice loci, ubi diu delinquens inhabitavit.
- 38 Per captivam rei an censeatur causa preveni, ut remissioni locus non fit, & num. 39.
- 40 Vagabundus delinquens ubique accusari, & puniri potest: sed remitti debet, iudice exigente, & ad locum delicti.
- 41 In levibus delictis remissio rei locum non habet.
- 42 Leve delictum quale censeatur.

- 43 De forma litterarum, que requisitoria nuncupantur.
- 44 Fur apprehensus cum re furtiva, quam in alio territorio surripuit, a quo iudice puniendus.
- 45 A Curia Romana Reus ad locum delicti non remittitur.
- 46 Remissio non admittitur delinquentis de regno unius Principis ad regnum alterius.
- 47 Ampliatur.
- 48 Princeps solus ex urbanitate potest delinquentem remittere ad regnum extraneum, ut puniatur.
- 49 Iudex requisitus per litteras subsidiales non acquirit in reum jurisdictionem ad penam irrogandam, sed ad captivam & remissionem.
- 50 Consuetudo non remittendi ut res, debitas luant penas, an jure subsistat, & num. 51.
- 52 De fugitivo, qui deliquit, ac de ejus missione ad locum delicti, & num. 53.
- 54 Superior ad inferiorem utrum remittere teneatur.
- 55 Ex cujus bonis sumptus remissionis rei exsolventi.
- 56 Cum delinquente acta contra eum iudex debet mittere.
- 57 Hereticus ubicunque punitur, & plures iudices adversus eum simul procedere possunt.
- 58 Hereticus si legitime petatur, ad locum delicti remittitur.

CAPUT XI.

Ad Num. 1.

Judex exequi potest, ac debet litteras requisitorias, quamquam sciat intimidation, seu receptionis tempore requirentem defunctum, vel aliàs jurisdictione carere. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 6. num. 66. Tondut. de prevent. judic. part. 2. cap. 2. num. 17. & ampliatur infra, num. 11.

Nec obstat, quod delegatus, re integra, nequit de causa sibi mandata cognoscere, cessante jurisdictione delegantis, l. 21. tit. 4. p. 3. l. Et quia 6. de iurisdic. om. judic. inter quem ac iudicem requisitum illud versatur discrimen, nam hic nomine alieno jurisdictionem incipit exercere, cum nihil proprium habeat, l. 1. §. Qui mandatam, de offic. ejus cui mand. est iurisdic. quapropter extincta in delegante jurisdictione, ipsius nomine quicquam agere non valebit, observat Cujac. in d. l. Et quia. Requisite vero iudex propria utitur jurisdictione, quæ in illo semper supponitur, c. Romana, §. Contrahentes, de for. comp. in 6. ibi: Loci diocesanus ad denunciationem ipsorum: & l. Proferendum, §. Sin autem reus, ibi: Sive per relationem ad majorem, C. de judic. ideo casus requisitis non impedit mandati executionem.

In cujus corroborationem docet Cujac. ubi proxime, iudicem datum non prohiberi causam commissam definire, licet re integra, qui eum dedit, obeat, aut sit à Magistratu remotus, quia per mandatum iudex constituitur independens à jurisdictione dantis, ex quo ad iudicem requisitum arguere licet, ut arguit Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 17. num. 12. de quo Osuald. ad Donel. lib. 17. cap. 26.

Est

- 4 Est satis receptum, mandatum ex causa præcisè necessaria mandantis obitu non perire, sed executioni tradendum, ex l. Fundi venditor 33. §. ult. de acquir. possess. Sic tenent Salgad. sup. num. 70. Tusch. Practic. conclus. lit. M, conclus. 65. num. 48. & §1. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 23. num. 45. Castald. de Imperat. quest. 115. num. 4. Pichard. §. Rectè, num. 16. Inst. de mandat. Ant. Massa ad form. Camer. oblig. part. 2. part. 5. vers. Queri etiam hic, numer. 4. Cùm ergo iudex ex necessitate ejusmodi litteras expediat, nam ad id iure compelli potest, Carlev. supra lib. 1. disp. 2. numer. 38. morte ipsius mandatum non expirat.

Ad Num. 2.

- 5 Prefata communis sententia impugnatur insuperabili fundamento, cui assentitur Cujac. in d. l. Fundi venditor, docens ibi interiisse mandatum, sed ex heredum consensu possessionem fuisse rectè traditam: quod æquitate potius, quàm juris rigore procedit, ut in simili cavetur §. Rectè, Inst. de mandat.

Ibi: Nam eo decisio speciale rationem.

- 6 De qua August. Barbosa cum pluribus collect. ad cap. Super gratia, num. 2. de offic. jud. deleg. in 6. Etenim gratiarum concessam non reddit irritam mors concedentis ante rescripti confessionem contingens: quod obtinet non solum in supremo Principe, sed etiam in inferiori, cui competat facultas beneficia, vel munera conferendi: nec successor permittitur factum antecessoris retractare, imò tenetur titulum expedire, ut cum pluribus de Prorege agens tenet Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 92. Item est in sententia, l. 19. tit. 22. p. 3.

Ibi: Deinde illud est constitutivissimi.

- 7 Quamquam mandatum morte domini, re integra, evanescat, quæ tamen procurator inficiis ejus peregit, regulariter sustinetur. Sanch. de Marrimon. lib. 1. disp. 6. numer. 9. & lib. 2. disp. 11. num. 6. Gratian. disceptat. forens. cap. 18. ex num. 37. Molina de just. & jur. tract. 2. disp. 263. numer. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 4. numer. 3. Tusch. lit. R, conclus. 324. num. 1. Marienz. in l. 16. gloss. 10. num. 3. tit. 11. lib. 5. Recop.
- 8 Est notatu dignum discrimen, quod constituit Molina inter procuratorem, & simplicem mandatarium; nam quicquid ille egerit domini nomine post mandati revocationem, huius ignarus, omnino tenet, secus in mandatario: at quod bona fide impendit, aut si ex mandato contraxit, eatenus subsistit, ut nec ipse, nec tertius in damno versetur deceptus.

Vers. Non tamen dominium, ad exemplum.

- 9 Licet actus alij post mandati revocationem propter ignorantiam sustineatur secundum nu-

perrimè præmissa; domini tamen translati^o nunquam subsistit. Anton. Gom. & Marienz. ubi proxime, Tusch. num. 6. Gratian. num. 39. Barbosa collect. ad Clem. unic. d. renunciat. numero 13.

Vers. Secundo, hoc ipsum.

Si iudex executionem decernat, ac officia li suo committat, atque statim decedat, aut jurisdictione privetur, potest, ac debet ejus mandatum exequi Mantie. d. tit. 23. num. 48. Gratian. sup. cap. 783. numer. 19. Sargad. de c. 6. nu. 67. Tusch. lit. M, concl. 65. nu. 49.

Vers. Quarto, eadem sententia.

Cujus fundamenti meminit Salgad. num. 68. & apertissime id deducitur ex authentica Ut nulli iudicium, §. Et hoc jubemus, vers. Si verò & præcepta, collat. 9. quem textum ad tertium argumentum D. Covarruvias induxit.

Vers. Quinta ratio.

Adde Barbofam, & quos recenset in collectan. ad cap. si super gratia, numer. 2. de offic. judic. delega. in 6.

Vers. Postremo, illud his accedit.

Verè non urget hæc consideratio; nam etsi per Principem supprimeretur Magistratus, a quo subsidiales literæ processerunt, iudex tamen requisitus eas exequi tenetur propria auctoritate independenti à persona, seu tribunali ejus requisivit.

Observe fallentiam ad regulam, quod delegatio mortis delegantis, re integra expirat, quæ minime obtinet quoties causa solius dignitatis nomine committitur. Aliud juris foret, si dignitas ipsa extingueretur, quia delegatus postea non valeret incipere causæ cognitionem, cum eadem militer ratio in morte personæ, ac in suppressione officii. Facit ad præmissa, quod gratia concessa ad beneplacitum Pontificis, cum ipsius vita perit, non sic ad Sedis Apostolicæ voluntatem, quæ perpetuò permanet. Barbosa collect. ad cap. Si gratiosè, num. 2. & 5. de rescript. in 6.

Præterea successor iudicis requisiti subsidiales litteras exequi debebit, nec admittenda distinctio capitis Quoniam Abbas, de offic. judic. deleg. quæ in delegato observatur, cui si Magistratus existat, causa delegari potest ut personæ publicæ, vel ut privato. At hujusmodi litteræ ad jurisdictionem fugientem dirigi nequeunt, ut prænotavi, ideo licet nomine proprio Magistratus defuncti expresse conficiantur, successor implementum earum recufare nequibit, ex notatis in d. cap. Quoniam Abbas, ac probatur d. §. Et hoc jubemus, vers. Si verò & præcepta.

Ad Num. 3.

Reus foro, & jurisdictioni subicitur, ubi deliquit, ut ibi & accusari, & merito supplicio affici queat, l. 32. tit. 2. part. 3. l. 8. tit. 9. p. 1. l. 15. tit. 1. p. 7. l. 1. & per tot. tit. 16. lib. 8. Recopilat. cap. 1. de raptor. cap. Placuit 6. question. 3. l. 3. de offic. Præs. Greg. Lop.

in d. l. 15. gloss. 1. Ant. Gom. *variar. libr. 3. cap. 1. num. 87.* Tondut. *de prævent. jud. parr. 2. cap. 11. num. 16.* Salgad. *de retent. Bullar. part. 2. cap. 5. §. 3. num. 12.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 1. cap. 26. Farin. num. 1. prax. q. 7. nu. 1.* Aug. Barbosa *collect. ad cap. Postulasti. num. 2. de for. compet. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 17. numer. 1.* Carleval. *sup. d. disp. 2. numer. 716.* Cujac. *in cap. fin. de for. compet. Pet. Barbosa in l. Heres absens. §. Proinde, art. de for. delict. nu. 2. & 9. de judic. Novar. de elect. for. sess. 2. q. 2. & alij plurimi apud August. Barbof. Carleval. Quod forum ut potissimum, cæteris prævalet. Greg. Lop. *sup. Carleval. num. 782.**

15 Aliquando evenit, ut pro uno, eodemque crimine quis diversis in locis forum sortiatur, quod multifariam potest exemplificari, veluti si existens in uno territorio, missa sagittâ cum occidat, qui in altero reperitur; nam utrobique accusari, ac plecti potest, pœna tamen non multiplicatur, sed qui prævenit iudex de causa cognoscat, ac plectet delinquentem, de quo Salgad. *de Reg. protecl. p. 2. cap. 10. num. 63.* August. Barb. *collect. ad cap. Postulasti. nu. 6. & 7. de for. compet. latè Carleval. d. disp. 2. ex num. 727.* ubi plures, Guazzin. *d. defens. 1. cap. 17. num. 77.* Jul. Clar. *Sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 38. ex num. 7.* Azeved. *in l. 1. nu. 74. tit. 16. lib. 8. Recop.*

16 Forum quoque sortitur quis ex quasi delicto, ubi sic egit perperam. Pet. Barbosa *in d. l. Heres absens. §. 1. num. 5.* Carleval. *num. 718.* Vide infra, num. 20.

Ibi: *Primum enim maxime congruit.*

17 Scandalum quod patitur Respublica atrocitate facinorum, supplicij formidabili repræsentatione oportet pugnari, nec pœna alibi infligenda pariter præstat ad terrorem, strictius enim per aspectum, quàm per auditum res humanæ mortalium cordibus infiguntur, §. fin. & ibi Glossa *verb. Per aures, Infit. de gradib. cognat.* Hinc usu receptum in grassatoribus, & aliis ex enormibus maleficijs capite damnatis, ut membra eorum locis publicis, in quibus deliquerunt, affigantur: sic restricta severæ animadversionis memoria pravos coercet, ne iniquorum repellant vestigia. De aliis rationibus ad sortendum forum in delicti loco, latè Carleval. *num. 802.* Peguera *decis. 66.* Franc. Molinus *de Brach. secul. cap. 4. num. 1.* Azev. *in l. 1. ex num. 63. tit. 16. lib. 8. Recop.*

Ad Num. 4.

18 Quoad animæ iudicium nemo subditur foro loci ubi admittit scelus, se proprio Parocho illud patefacere in confessione tenetur. Pat. Suar. *in 3. part. tom. 4. disp. 25. sect. 1. numero 18.* Julius Clarus, *d. quæst. 38. numero 5.* Duenas *regib. 378. limit. 1.* Petrus Barbosa *ubi proxime, numero 65.* Navarr. *in capit. Placuit, numero 63. de penit. disp. 6.* Carleval. *cum aliis numero 784.* Azeved. *numero 39.*

Verf. Secundo, illud est.

19 Reus ut debitas pœnas luat, præmissa judiciali cognitione, ad locum delicti debet

transportari, l. 1. & 2. *titul. 16. libro 8. Recop. l. 18. titul. 1. pag. 7. l. Non dubium 11. §. 1. de custod. reor. D. Covar. variar. lib. 2. cap. 20. numero 15. vers. Vicesimo octavo, Gregorius Lop. in decis. l. 18. Partit. gloss. 1. Tufchus litera R, conclus. 152. numero 45. Petrus Barbosa, supra numero 66. Fachin. *controvers. libro 9. cap. 21.* Carleval. *d. disp. 2. numero 801.* Clar. *num. 19.* Villalob. *Errat. commun. opinion. litera R, numero 34.* Augustus Barbosa, *in collect. ad cap. 1. numero 3. de raptor. Azeved. in l. 1. numero 13. titul. 16. libro 8. Recop. & dixi d. cap. 20. libro 2. variar. numero 189.**

Licet autem, ut præmittitur supra, numero 16. sortiatur forum ex quasi delicto, remissio tamen fieri non debet, cum in levibus delictis denegatur, ut afferetur infra, numero 41.

Si reus capiatur in loco delicti, & remitti petatur per iudicem alterius territorij, ubi etiam ante crimen perpetrarat, non est remissioni locus, nisi prius iudex requisitus causam absolvat, & sententia executioni mandetur. Azev. *ex numero 14.* Guazz. *numero 66.* ubi requisita ad remissionem congerit Clar. *numero 26.* Farinac. *quæst. 7. num. 40.* Carleval. *cum pluribus numero 815.* Petrus Barbosa *in l. Titia, numero 55. solut. matrimon. Molinus sup. cap. 48. numero 1.*

Ad hæc remissio denegatur propter nimiam regionum distantiam, velut per iudicem novi orbis petatur ab Hispano Magistratu, Azeved. *numero 57.* Carleval. *ex aliis num. 863.* quamvis testetur aliter decisum à Supremo Indiarum Senatu in causa adulterii, instante accusatore; nam reus remitti iustus est ad Peruvium. Similiter observandum, cum suspicio urget in iudicem requirentem, quod in justitiæ administratione deficit. Carleval. *numero 862.* Decian. *d. libro 4. cap. 19. numero 24.* Guaz. *supra numero 69.*

Ad Num. 5.

Qui exemptionis fori privilegio gaudet, non subijcitur iudici ordinario loci, in quo crimen patravit, nisi privilegium ad certum limitem, seu territorium restrictè concessum appareat. Aug. Barbosa *collectan. ad cap. 1. num. 3. de privileg. in 6.* Sed contrarium receptius, ut scilicet privilegium, etsi universale sit, & absolute, amittatur propter delictum, ut in eo privilegiatus puniri possit, *cap. Dilectis 17. de for. compet. Tufsch. lit. E, conclus. 244. num. 3. & conclus. 565. à num. 8.* Cabed. *Lusitan. decis. 68. num. 7. part. 2.* Azeved. *in l. 1. num. 116. cum seqq. tit. 16. lib. 8. Recop.* Jul. Clar. *sup. q. 35. numer. 24.* Petr. Barbosa *de foro contractus agens in l. 2. §. Legis, num. 114. de judic.* Est quidem perplexa res, pro cuius enodatione consulendus August. Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. allegat. 321. per totam* ubi plures casus distinguit, ac resolvit. Quamquam privilegio fori priverit delinquens, ut præmissum est cum communi, non ideo tamen subijcitur extraneæ jurisdictioni, atque ita Clericus non subijcitur Magistratu laico loci ubi deliquit. Cujac. *in cap. Dilecti, de for. compet.* Aug. Barbosa *ubi proxime num. 7.*

Ibi

Ibi: *Posses tamen Panormitani sententia.*

25 Regulares etsi ordinaria jurisdictione exempti, quoties curam animarum suscipiunt, ratione administrationis, & quoad illam Episcopi potestati subduntur. Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 11. cap. Quoniam 21. de privileg. l. 26. tit. 7. part. 1.* Tufsch. *d. concl. 244. num. 5.* Aug. Barbosa *ubi proxime, alleg. 74. num. 20.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 17. num. 11. & 47.* Marecot. *variar. lib. 2. cap. 32. num. 122. & 134.* Tondut. *quæstion. benefical. cap. 42. num. 1.* Greg. Lop. *in d. l. 26. gloss. 4. & dixi sup. cap. 4. num. 8.* Idem de jure dicendum, si religiosus extra monasterium crimen admiserit, non frangens sui Ordinis regulam, quia ab Episcopo puniri poterit Diocesis, in qua deliquerit, nisi speciale privilegium obsistat. Barbosa *d. allegat. 123. num. 6.* qui rectè monet in *cap. 1. num. 3. de privileg. maxime privilegiorum verba inspicienda esse.*

Ibi: *Obiter tamen erit expendendus.*

26 Pro intellectu capitis *Cum capella 16. de privileg. consular. Aug. Barbof. in collect. ibi, & quos ipse refert. Solorz. d. cap. 17. num. 48.* cuius decisionis ea redditur ratio, quia privilegium contra jus commune, & ordinariam jurisdictionem restringi debet, ut lædat quanto minus possit. Gregor. Lop. *in l. 19. gloss. 1. titul. 18. p. 3.* Carleval. *d. disp. 2. num. 307.* Mel. *de induc. debitor. q. ult. num. 31.* & alij, quos laudavi in *addit. variar. libro 1. cap. 17. numero 137.*

Ibi: *Hinc sanè aperitur.*

27 Planè Bartoli distinctio non probatur ex allegatis iuribus, ut ex illis apparet; nam in specie legis *Cum tabernam, de pignorib. erat taberna aliena*, ut ibi observat Glossa: quare in illa subsistere obligatio nequit, ut Consultus insinuat, atque ita necesse rido venerunt merces, ut propriæ contrahentis, in obligatione: Sed si taberna ad debitorem attinerit, unâ cum mercibus obligaretur, ut Bartolus docet, aliud sentiens si hoc casu taberna legaretur, quia merces non cederent legato, sed solum tabernæ ædificium, cum esset testatoris. Ratio differentie ex eo provenit, quia in contractibus ambigua conventio in eum interpretatur, qui potuit apertius, distinctiusque suam exprimeret voluntatem, ne aliâ alter contrahens decipiatur, *l. Veteribus 40. de pact. & ibi Fab. in ration. Gloss. in l. Semper in obscuris, de reg. jur. nec quemquam læret; debitorem assignatorum bona propria, quæ hypothecæ submittit. Hinc sub generali bonorum hypothecæ futura quoque obligata censetur, quia de quibus senserit, non distinguit debitor, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. l. 5. tit. 13. part. 5.* ubi Greg. Lop. *gloss. 5.* Merlin. *de pignor. lib. 1. q. 11. numer. 14.* Hevia Bolann. *commer. ter. lib. 2. c. 3. numero 4.**

28 In legatis autem, ubi dubium emergit, minimum præstatum, *l. semper in obscuris 9.* & ibi Revard. *de reg. jur. l. Si ita sit 14. de legat. 1.*

l. Nummis 73. de legat. 3. quia præsumitur testator hæredem ut magis dilectum ab injuncto onere quoad possit relevare, *l. Unum ex familia 69. §. Si rem, de legat. 2. l. 1. de liber. legat. l. Cum alienam 10. C. de legat. Cyriac. lib. 2. contror. 283. num. 25.* Menoch. *conf. 395. num. 86.* Surd. *conf. 7. num. 56.* Unde si quis decedens pannorum tabernam testamento relinqueret, cum etiam ædificij dominus existeret, merces legatario non cederent, stricta voluntatis interpretatione admissa, ut Bartolo videtur. Quod si taberna ad alium attineret, ut in casu dictæ legis *Cum tabernam*, merces duntaxat deberentur; atque ita nulla est inter legatum, & hypothecam in huiusmodi specie differentia, quoniam cum quis rem legat, in qua partem habeat, eam tantum ut propriam relinquere intelligitur, non alienam, *l. Servi electione 15. §. fin. l. Si domus 71. §. ult. de legatis 1.*

Ibi: *Quarto erit animadvertendum.*

Nullus iudex reum ad locum delicti mittere astringitur, nisi requisitoris literis exciteretur. Ant. Gom. *variar. libr. 3. cap. 1. num. 87.* Fachin. *controvers. lib. 9. cap. 20. vers. Respondeo, Farinac. prax. q. 7. n. 38.* Cevall. *commun. contr. comm. quæst. 678. nu. 19.* Guaz. *de defens. reor. defens. 1. cap. 17. numer. 1.* Tondut. *de prævent. judic. part. 2. cap. 11. num. 11.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 826.* Azeved. *in l. 1. num. 35. tit. 16. lib. 8. Recop.* Nec per epistolam monitus à iudice loci delicti ad remissionem compelletur: ex urbanitate autem amittere licebit. Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 19. num. 1.* Tufsch. *lit. R. concl. 152. num. 9.* Guaz. *Tondut. & Azeved. ubi proxime, ad quod nulla petitio desideratur: à qua remissione voluntaria cavendum suadet Carleval. lius adnotans limitationem præmissæ regulæ ex l. 13. tit. 13. lib. 8. Recop. qua iudices, vulgò Alcaldes de la hermandad, jubentur absque requisitoris literis reos ad ordinarios Magistratus remittere statim ac cognoverint, causam ad suam jurisdictionem non pertinere Azeved. in l. 2. num. 9. titul. 13. lib. 8. Recop. & in l. 1. numero 37.*

Ad Num. 6.

Iudex legitime requisitus, tametsi aliâs in reum nullam obtineat jurisdictionem, potest, ac debet ipsum capere, atque remittere, *l. 1. tit. 16. lib. 8. Recop.* ubi Azeved. *nu. 20.* Carleval. *sup. num. 20. & 819.* Clar. *d. quæst. 38. num. 22.* Franch. *decis. 37. numer. 2.* Barbosa *in l. Heres absens, §. Proinde, art. de for. delict. num. 81. de jud. Boff. Prax. tit. de for. compet. numer. 52.* Fachin. *d. l. 9. cap. 22. in fin.* quidquid sentiant nonnulli, quos retulit Carleval. *num. 820.* quibus accedit Guazzin. *cum aliis num. 3.* Illud autem non procedit in iudice incapace requisito, veluti si remittendus sit clericus, quem sæcularis Magistratus capere ad remissionem non valebit. Fachin. *vers. Ego is consentio, Guaz. num. 82.* Præterea nec ex urbanitate criminofum remittere iudex permittitur absque requisitoris literis, cum jurisdictione caret in illo, Carleval. *num. 826.*

Verf.